1. Lauda Si-on Salva-torem, lauda ducem et pa-sto-rem, in hymnis et canticis.
2. Quantum potes, tantum aude: quia maior omni lau-de, nec laudare sufficis.
3. Laudis thema speci - a - lis, panis vivus et vi-ta-lis ho-di-e propo-nitur.
4. Quem in sacræ mensa ce - næ, turbæ fratrum du-o-denæ datum non ambigitur.
5. Sit laus plena, sit so - nora, sit iucunda, sit de-co-ra mentis iu-bi-la-ti-o.
6. Dies e - nim solemnis a-gitur, in qua mensæ prima reco-litur huius institu ti-o.
7. In hac mensa no-vi Regis, novum Pascha novæ legis, phase vetus terminat.
8. Vetus-ta - tem no - vitas, umbram fu - gat ve - ritas, noctem lux e - li-minat.
9. Quod in cœ-na Christus gessit, fa-ci-endum hoc expressit in su-i memoriam.

10. Docti sa-cris in-sti-tu-tis, panem, vinum in sa-lu-tis consecramus hostiam.
11. Dogma datur christianis, quod in carnem transit panis, et vinum in sanguinem.
12. Quod non capis, quod non vides, a-nimosa firmat fides, præter re-rum ordinem.
13. Sub di-ver-sis speci-e - bus, signis tantum, et non rebus, latent res ex-i-miæ.
14. Ca-ro ci - bus, sanguis po - tus: ma-net ta-men Christus to-tus
sub utraque speci-e.
15. A su-mente non concisus, non confractus, non divisus:
integer ac - ci-pitur.
16. Sumit unus, sumunt mille: quantum isti, tantum ille:
nec sumptus con - su-mi-tur.
17. Sumunt bo-ni, sumunt ma - li:
sorte tamen in-æquali, vitæ vel in-te-ritus.
18. Mors est malis, vi-ta bo - nis:
vide paris sumptionis quam sit dispar ex-itus.
19. Fracto demum sacramento,

ne vacilles, sed memento tantum esse sub fragmento, quantum to-to tegitur.
20. Nulla re-i fit scissura: signi tantum fit fractura, qua nec status, nec statura
signati mi - nu - i - tur. 21. Ec-ce Panis Ange-lorum, factus cibus vi - a - torum:
vere panis fi - li - orum, non mittendus ca-nibus. 22. In fi-guris præsignatur,
cum I-saac immolatur, agnus Paschæ de - putatur, datur manna patribus.
23. Bone pastor, panis ve - re, Iesu, nostri mi-se - rere: Tu nos pasce, nos tu-e-re,
Tu nos bona fac videre in ter-ra viventium. 24. Tu qui cuncta scis et va-les,
qui nos pascis hic mor-tales: tu-os i-bi commensales, coheredes et sodales
fac sanc-to - rum ci - vi-um. A - men. Al - le - lu - ia.